



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

330. Feria 2. de alijs perfectionibus divinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CCCXXX.

Feria 2. Domin. 23. post Pentecost.

De alijs perfectionibus divinis,

Videbo Solem in splendore suo clarissimum; oculis tamen caligantibus obscurissimum. Petam caliginem mentis auferri, ad intelligendas perfectiones Dei.

1. *Non est amandum, quod perit, sed quod vobiscum potest esse in aeternum,* ait S. August. serm. 37. ex 50. *Deus est Immortalis, quia simplicissimus, non potest dissolvi, neque desinere.*

2. *Transseunt omnia, evolant omnia, & sicut fumus vanescunt, va, qui amant talia!* ait S. Augustin. tract. 7. in Joann. *Causam dante hujus Væ D. Greg. 4. Moral. 7. Quia humana anima beatè vivere, sive per vitium, sive per supplicium amittit: Essentialiter vivere, neque per vitium, neque per supplicium amittere potest. Sed Deus est Immutabilis; igitur hunc unicum appetam, ut sim Beatus.*

3. *Deus est Invisibilis ab oculo, à phantasia, ab intellectu humano. In hac Martyres coronabantur, (ait S. Augustin. serm. 16. de Ver. Apost.) quia desiderabant, quae non videbant, vitæ inebant, quae ferebant. Ex adverso inquit S. Chrysost. Homil. 60. in Matth. Ideo omnia confusa jacent, quia anima invisibilis spernitur, visibilia & vilia confoventur.*

B B S

4. Deus

386 *Peria 2. Domin. 23. post Pentecost.*

4. *Deus est Index. Cùm venerit, redditurus est quod promisit, sed requisiturus est, quod redemit, ait S. Augustin. Homil. 36, ex 50. Malis fugiente gaudio, remanebit poena; bonis fugiente labore, reponetur corona. Si vinco, coronabor: Si vincar, luam æternum. Amici Dei in paucis vexati, inimici Dei in paucis exaltati, utrique æternam retributionem referent. Va etiam laudabili vite hominũ, s̄ remotâ misericordiâ discutias eam. Ait S. Augustin. 9. Confess. cap. 13.*

5. *Deus Iustificans; quia solus potest injurias in se commissas condonare. Iniquitas cum Iustitia non habet pacem, inquit S. Leo serm. in Quadr. Obedientia sola est, qua Deo hominem conciliat, ait S. Anselm. ep. ad Hebr.*

6. *Deus est Iustus Nullus justè potest conqueri apud Deum, qui hominem gubernat sine læsione libertatis, sive permittat peccatum, sive incitet ad bonum; quia lege infatigabilis spargit pœnales cacitates super illicitas cupiditates, ait S. Augustin. lib. 1. Conf. cap. 8. Ex adverso melior est apud Deum unus iustus, quàm totus mundus peccatoribus plenus. Auct. imperf. oper. in Matth. Homil. 27.*

7. *Deus est Legislatoꝝ. Non potest esse sub Domino, qui non est sub præcepto: Nihil inordinatum Deus vult. Lex natura ut nox, scripta ut aurora, Dei per Christum, ut meridi-*
dies,

Feria 2. Domin. 23. post Pentecost. 587

dies. Quid grande potest esse in precepto, ubi salus est in promisso? Ait Gueric. serm. 4. Epiph. Deum time, & mandata eius serva, hoc est enim omnis homo. Eccle. 12. Quia, qui hoc non est, nihil est, ait S. August. Lib. 20. de Civ. cap. ult. Scripturarum unicus scopus est dilectio. inquit idem Lib. 1. de doct. Christi.

8. Deus est *Liberalis*. Effusio Liberalitatis obtendit umbram: sed bonorum omnium Largarior affluentiſſimus tu es. S. August. 2. Conf. 6. Quantus amor Dei! plus dat, quam petitur, ait S. Chrysoſt. in Matth. 8. Triplex est Liberalitas Dei dantis 1. vitam æternam. 2. Spem ad vitam. 3. Dantis ea, quæ impij beata dicunt. Quam liberalitatem ego eligam.

9. Deus est *Liber*, & origo omnis libertatis, quam nobis dedit, ut virtutem liberalitatis exerceremus: Servus enim non potest exercere liberalitatem. Origo cõſiliorum Christi ſervandorum est liberalitas. Petam eſſe liberalis cum Deo.

10. Deus est *Longanimis*; fert tot peccatores, tot juſtos labentes, tot tepidos. Non prolongabo mala mea, eorũque initia evellam cupiditates: quia Chryſoſt. Homil. de Adamo ait: Facta eſt de mala cupiditate trina cupiditas, oculorã, guſtũs, ſuperbie.

BB 6 MEDI.